



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

2. Conclusiones nostræ in quæstione diuisionis specificæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

Gabriel. q. 1. a. 2. conclus. 2. & 3. cum Nominalibus reliquis Durand. q. 3. cum suis, Ricard. a. 3. q. 1. Argentinia q. 2. a. 2. conclus. 1. Marfil. q. 1. a. 1. conclus. 3. Henric. quodlib. 2. q. 8. & quodlib. 11. q. 1. Molina, Valentia, Vasquez, Ioan. Præpositus, Ariaga, Bubalus, Elparfa, Franciscus de Lugo, & Quirós citatis disputationibus, questionibus &c. atque vniuersim (Granado excepto) omnes nostris Doctores. Ex Dominicani, Capreol. Ferrara, Bannez, citati n. 2. sine naturali, & ordinaria Dei potentia, & providentia, id fieri posse, negant cum nostris Bubalo, Elparfa, & Lugo, immo, & Agid. Roman. citatus n. 2. ex 2. d. 3. in secundi argumenti initio supponit se loqui solum, secundum naturam cursum, & hunc ordinem, quem videmus atque Effius, iam citandus, quia ait: hanc sententiam esse fere omnium Doctorem. Denique pro hac sententia tota Parisiensis schola stetit ab Episcopo, Stephano Præsidente congregata tres (præter alias) ad præsentem questionem spectantes propositiones damnans testibus Ricardo, & Henrico: tantque articuli, seu damnationes omnes tunc ab schola Parisiensis editæ apud Caietanum q. 9. de ente, & essentia art. 7. Prima autem, ad rem præsentem damnata propositio est. *Siquis dixerit Deum non posse multiplicare formas, sine materia; error. Secunda. Siquis dixerit formam non recipere diuisionem, sine materia; error. Tertia. Quod, quia intelligentia non habent materiam, Deus non potest, eiusdem speciei facere plures; error.*

7. Ex qua constat Parisienses non solum contra Auerroem de animi nostri indiuiduali immutabilitate sub infima specie, (vt expresse duabus primis) sed & contra similem Angelorum speciei infimæ immutabilitatem numeralem, eadem expositione definisse: quare Caietanus ad Bullam Urbani, doctrinam S. Thomæ vt Catholicam approbantis, recurrit. Sed tamen doctrina hæc de absoluta immutabilitate indiuiduali Angelorum speciei infimæ S. Thomæ non est, vt citati nuper Thomistæ fatentur, & cert. 1. ostendimus, secundo ea approbatio, S. Thomæ, doctrinam omnem ab hæresi pro tunc, & errore, non autem absolute excusat: cum constet, contra solemnitate votorum essentialiter ad religionem requisitæ doctrinæ, a S. Thomæ, assertam, definitum fuisse à Gregorio 13. in Bulla ascendente Damiano, & S. Thomæ doctrinæ (& si tunc probabiles, & communes in materiis aliis, doctæque, & prudenter ab ipso assertæ, ab aliis Pontificibus fuerit damnatæ: neque ita articulatum doctrinæ S. Thomæ bulla præfata approbati à sede Apostolica putanda est, sed vt plurimum, nec erroris singulis, & omnibus, propositionibus innumeris aditum occludat; & certe, si tantum præsidij in Bullis Pontificiis laudatoriis doctrinæ S. Thomæ singulis eius, & omnibus propositionibus adesse, quantum aliqui volunt, fateamur: quid de ante, & post Bullas præfatas damnatis à sede Apostolica dicemus? Quid de minus pia Conceptionis Deiparæ in peccato originali (quam S. Thomæ esse idem contendunt) cum piissima, & Ecclesiæ communissima proximæ diffinitionis statum fuerit iam consecuta? Nec præstat eas Parisiensium definitiones, & censuras ultra Sequanam (vt vulgo aiunt) non transire. Neque enim contendimus eas, à tota Ecclesia, & Theologia Catholica, vt dogmata fidei recipi debere; sed citra infraque fidei dogmata, quam magnam asserere conformibus sententiis auctoritatem, atque aduersis præiudiciis: vt attulisse semper testatur Effius in 2. d. 3. s. 2. Nec fieri aliter potest: cum tunc in Academia Parisiensis tota fere Theologia Catholica esset, multoque proinde a prioris auctoritatis, eius consensus, & censuræ, quam nunc Complutensis, & Salmantine concors de propositione aliqua, censura, & consensus.

8. In questione de facto, quo ad multiplicationem naturæ Angelicæ in species varias, qui eam absolute possibilem negant citati n. 1. de facto necessario negant. Ex reliquis vero, qui absolute possibilem admittunt in questione de facto dubium, &

incertum esse, nec cum firmo fundamento, ac citra temeritatem (non quidem Theologicæ censuræ) definibile censet Vasquez citato c. 3. §. altera pars Valentia, etiam supra Quirós vbi proxime sect. 4. §. censuræ modo, num. 35. & si tandem contra proprium sensum sect. 5. num. 47. communi affirmanti subscribat, Huiusmodi ergo diuisionem Angelorum de facto in species plures asserunt Molina citat. q. 5. a. 4. §. tertia conclusio. Bubalus citat. difficult. 1. §. 17. 18 & 20. (aduersam sententiam improbabilitatis notans) & sequentibus. Ioan. Præpositus supra §. dico 2. n. 17. Ariaga supra section. 2. n. 14. §. unde ergo, ex soar. citat. c. 12. fuitque iampridem sententia Alexandri 2. p. q. 20. m. 6. Gabri. in 2. d. 3. q. 1. a. 2. & 3. Dionysij Carthus. q. 3. Marfilij a. 1. Angelos, qui de facto sunt pro Hierarchiarum diuersitate in species diuidentes, ac rursus pro chororum eiusdem Hierarchiæ diuersitate subdiuidentes in species inferiores; quoad diuisionem speciei infimæ Angelorum qui de facto sunt, in indiuidua negant Thomistæ omnes Dominicani, & Granadus noster relati n. 2. qui eam multiplicationem indiuidualem speciei infimæ in plura indiuidua iudicant impossibilem, illi etiam, qui naturali saltem potentia, & providentia (qua plane Angeli creati à Deo sunt) eam impossibilem censent eodem num. 2. & si absolute possibilem fatebantur: nempe, Capreol. Ferrara, Ioan. à S. Thomæ Bannez, atque ex nostris Bubal. Franciscus de Lugo, & Martinus de Elparfa relatus n. 3. Rem autem proprius dubiam, nec, sine temeritate definibilem Vasquez supra, & ex proprio sensu Quirós, etiam affirmari communiore tandem gerat sect. 5. n. 47. citato. Affirmant vero Molina proxime §. sit nihilominus 2. conclusio cum Alex. Bonauent. Gabri. Durando, Marfilio, & aliis plerisque: possuntque illi omnes ignominati à S. Thomæ & Albertus à nobis relatus n. 1. referri, asserentes naturam Angelicam vnam speciem infimam esse: quos Marfilij tempore tot esse diximus, vt Marfilij communiorem tunc sententiam fuisse retulerit. Ita etiam censet Soar. cit. c. 12. & 15. Ioan. Præpositus supra conclus. 4. Ariaga vbi proxime.

CERTAMEN II.

Conclusiones nostræ in questione diuisionis specificæ.

1. Dico primo: Angeli specie diuersi possibiles absolute sunt: ac proinde natura Angelica genus in plures species absolute diuisibilis, & multiplicabilis, non autem vna speciei infimæ vnitatem. Est contra pauculos relatos cert. 1. n. 1. sed reliquorum omnium Theologorum, quos citauimus n. 5. atque à Damasceno (qui ei putatur aduersus) expressa sententia. Ita enim scribit, de Angelorum, qui de facto sunt specifica, seu (quod idem est) essentia, & naturæ diuersitate. *Ac de essentia quidem æquales nature inter se, an dispares sint: haudquaquam compertum habemus; solus ille scit, qui eos creauit Deus, quique omnia perspicit, & explorata habet.* At si Angelorum natura, & essentia, speciei infimæ vnitatem vna foret, & in plures species diuidi illam absolute repugnaret compertum nobis, immo euidenter esset, Angelos omnes, æquales & paris essentia, & naturæ esse: cum esset eiusdem, quæ sibi ipsi impar, & inæqualis esse non potest: ergo ex Damasceno, Angelica natura species infima, non est, sed genus in plures Angelorum species multiplicabilis, absolute, ac diuisibilis. Dices tantum ex hoc loco concludi circa diuisionem specificam naturæ Angelicæ: vel eorum omnium in specie atoma conuenientiam, & identitatem, dubium, & incertum Damascenum hæsisse: sed in primis, ex hac solutione habemus nihil contra hanc conclusionem ipsum vsquam asserere immo

immo nec contra similem conclusionem de facto potuisse. Secundo verba ipsa aperte solutioni repugnant. Ait enim: dubium se esse de aequalitate naturarum, siue essentiarum inter se, ut patet illis verbis, *aequales natura inter se an differant sint &c.* ubi naturas Angelicas siue essentias plures esse supponit, & asserit necessarias, ad quaestionem de earum aequalitate, vel inaequalitate; nec de subiecto, non supponente, atque ex terminis falso, bardis etiam, necdum Doctissimo Patri, dubia quaestio foret, sicuti & eadem ab ipso aliis verbis repetita c. eodem; siue *Angeli aequales secundum substantiam sint, siue ab inuicem discrimen sortiti nescimus quod, nisi diuersitate supposita substantiae, ignorari dubitatur nequit.* Secundo probatur ex Augustino c. 58. *Echirid. Quid inter se distent, vel quantum illa vocabula (Throni, Dominationes, Principatus, & potestates), a quibus uniuersam ipsam caelestem societatem videtur Apostolus esse complexus dicant, qui possunt probare, quod dicunt, ergo ista me ignorare confiteor.* Quibus eorum nomen (quae indiuidualia non sunt, sed pluribus communia) significata diuersa esse plane docet, & si quid, quantum realia aliis praestent ignorare, se fateatur, ita etiam, & apertius 12. de Genesi ad lit. c. 29. *Potest fieri, ut etiam, in spiritualibus (nec solum materialibus carnis, de quibus antea) vel intellectualibus multis quosdam gradus, quique esse concedat, aut ipsos, si possit ostendat, eosque distinctos iuxta aliquem prouentum magis, vel minus illustrium reuelationum &c. sed quos, & quanta singulorum generum sint differentia, ut in unoquoque aliud alio gradatim superetur ignorare me fateor.* lib. contra Origenistas, & Priscilianistas ad Horol. c. 11. *Esse itaque Sedes, Dominationes, Principatus, Potestates in caelestibus apparatus, firmissime credo, & differre inter se aliquid (communi scilicet singulis gradibus cuiusque differentiae indubitata fide teneo, sed &c. Quenam ista sint, & quid inter se differant nescio.* Cum autem haec à Damasceno & Augustino de Angelis, & eorum gradibus, qui sunt, dicantur, plus satis nostram conclusionem probant. Quibus adde Dionysium pro conclusione de facto citandum num. 4.

2. Ratione probatur primo, quia Deus ex communi sententia Philosophorum, & Theologorum infinitos mundos, perfectiores, & perfectiores factos, & in quavis linea, & genere rerum speciebus factis potest absolute facere plures, & plures, perfectiores, & perfectiores: ergo ultra species rerum generis cuiusvis, quae de facto sunt, plures, & plures sunt absolute possibiles, nusquamque ex praedicatis intrinsecis repugnantes: siquidem repugnancia intrinsecis, neque in se absolute possibilia, fieri à Deo absolute nequeunt defectu absolutae potentiae passivae ipsorum, & si non aeternitatis intrinsecae omnipotentiae à rerum possibilitate, prorsus in se absolute, ut vidimus t. 1. de Deo vno: controu. 1. d. ult. ergo ultra speciem Angelicam (atomam, si velis) sunt plures species possibiles ac subinde natura Angelica in plures species multiplicabilis absolute est, nec è conceptu suo atoma, cui proinde, in varias species multiplicatio repugnet. Dices communem illam sententiam Philosophorum, & Theologorum de speciebus materialibus solummodo esse. Contra: quia de mundo toto in quo Angelica species continetur sententia est. Secundo. Cur non de specie Angelica pure spirituali, in eius enim diuisione & multiplicatione specifica, ne illa quidem euasio ex defectu materiae necessaria ad diuisionem eius est: cum materiae necessitas ad rerum indiuidualem diuisionem, utrumque, à nonnullis tenetur, à nemine autem, ad specificam earum diuisionem fuerit tentata: quare in dedecus, & defectum diuinæ potentiae prorsus cedit, quod perfectioris generis rerum creaturarum speciem tantummodo vnam, & atomam, non autem plures, & plures perfectiores valeat producere. Id quod, citra Dei imperfectionem asseri nequit, ni illas species omnem perfectionem sui generis possibilem, è conceptu, & essentia sua

metaphysice clauderet, ita, ut extra nihil perfectioris eius generis sit. Quod proprium practicoarum diuinorum est, eorumque in suo genere infinitas per denegationem non solum termini intrinseci, quae in quouis genere infinitas est Dei propria, & incommunicabilis creaturae, in genere vilo. Secundo. Nullum essentia sua limitatum definitum in quouis genere excludit essentia sua maiorem in illo, eodem genere: solum enim infinito maiorem repugnat: aequi natura quauis specifica Angelica ens essentia sua limitatum, & finitum in genere substantiae spiritualis completa est; ergo non excludit maiorem in eo genere; ergo quauis natura specifica Angelica producta, possunt esse species plures perfectiores, & perfectiores in genere illo: quare non in earum absolutam intrinsecam repugnantiam, sed in defectum actus potentiae, siue omnipotentiae diuinæ necessario cedit.

3. Probatur secundo conclusio. Quia existentia naturalis aut potentia substantialis accidentum, & operationum, specie diuersarum, vnius substantiae, quae in substantia alia eiuldem generis non sit, arguit vtriusque substantiae specificam distinctionem ut patet in equo, leone, & homine; atque non repugnat sub genere naturae substantiali Angelicae naturae vna, exigens diuersa specie accidentum, & potens diuersas specie operationes, quas neque exigit, nec possit alia Angelica natura: ergo in genere naturae Angelicae possunt esse species plures. Minor probatur: quia species plura obiecta, in actu primo representantes specie differunt à representantibus, vnum vel duo obiecta tantum: ac similiter plurius simul obiectorum cognitiones à cognitione vnius, vel pauciorum: potest autem esse natura Angelica, quae exigit species plurius obiectorum simul, & possit cognitiones totidem obiectorum simul, & naturae alia Angelica, ac nulla ex producta (si plures specie naturae Angelicae productae de facto sint, de quo statim) neque exigit, nec possit: ergo sub genere Angelicae naturae plures species diuersae sunt possibiles: rationem hanc communem non solum finem censet Quirios sect. 1. n. 3. ubi aliam subiicit, quam censet fortiorē à priori; & tamen, ut propter eius minorem, ad hanc rationem recurrit, de operationum specifica pluralitate, quam alius minus probabilibus opinionibus suis, immo quatuor in vera, & communi sententia repugnantes, probare contendit 1. Talis illa est de Angelo possibili ad iudicium de obiectis praevia apprehensione ipsorum non indigente. Addit Atriaga sect. 1. subsecutione 4. num. 11. §. dicendum secundum tertiam probationem. Quod scilicet distinctio specifica rerum, non ex respectu ad operationes, seu terminos specie diuersos desumi debeat; alioqui, & operationes, & termini ipsi, nisi per respectum ad alium terminum specie diuersum, & sic in infinitum distingui specie non possent. Verum axioma illud, cui diuersitas praestitit innotuit, scilicet esse effectus operari, de esse solum substantiali rerum, non de accidentali, ad quod operatio spectat, esse potest: quo cessat Atriage obiectio, & de substantia viuente (huiusmodi Angelus) certissimum est, cum eius essentia sit, se vel intentionaliter, vel physice etiam vere mouere posse. An vero substantia è genere suo, ac subinde omnes eius species, non viuentium principum operationes di essentialiter, sint, nec aliter, quam per operationes specie diuersas diuidi in suas species possint, & pro specie diuersas diuidi in suas species possint, est loquium illud esse effectus operari, de omni esse substantiali intelligi debeat, alterius loci quaestio est: satis nunc sit, si in omni substantia de facto producta verum haberet: ut eius auctor Aristoteles, qui principia solum naturalia, ut circa naturalia omnia discerneret, ac nos discurre doceret, statim deus ac philosophice illa statuisse probetur, quod secundum hanc probationem aduersari videretur. Remili plures specie animae possibiles probetur. Remili illationem Soar. citat. lect. 5. n. 8. sed male, ut fugit illationem Soar. citat. lect. 5. n. 8. sed male, ut de eis, quae de facto sunt, loquatur: in quibus simile argumentum, non habet locum ad probandas diuersas species

specie operationes vnius, quas anima alia nequeat elicere. De possibilibus autem animis melius Attri-
ga concedit proxime n. 12. §. *Poterunt tamen obicere.*
Reliqua, quæ opponi huic conclusioni possunt, secun-
dam impugnant, ex qua prima hæc valde confirma-
tur quare commodius ipsi opponitur, ac diluuntur.

4. Dico secundo. Dantur de facto species plures
Angelorum productorum, neque omnes speciei
vnius atomæ sunt. Est doctorum recitatorum cert. 1.
n. 8. pro sententia tertia contra negantes, & dubi-
tantes ibi recitatos pro sententia 1. & secunda. Pro-
batum primo ex Patribus recitatis hoc cert. 2. n. 1. qui
de Angelis, qui de facto sunt in tres suas hierarchias,
& nouem choro à Dionysio, ac reliquis Patribus di-
uisi, atque scriptura deprehensibili, solummodo. Et aperte
loquuntur, & Dionysio quidem de celesti Hiera-
chia c. 10. & 11. ac de diuin. nominib. c. 5. asseren-
te: excessum Angelorum inter se, secundum ordines
suos, tantum esse, quous inter hominem, & Ange-
lum sit. Probatur: quia naturale imperium & præcel-
lencia omnium Angelorum cætus, & Hierarchie
vnius in omnes Angelos Hierarchie & cætus seu cho-
ri alterius nequit esse, nisi de communi naturali præ-
cellencia omnium illius Hierarchie, aut chori respec-
tu omnium chori, aut Hierarchie inferioris; atqui
nil pluribus commune potest conuenire, ex indiui-
duatione, seu differentis indiuidualibus ipsorum, in
qua diuersi, incommunicantes, & disconuenientes
necessario, & inuitabiliter sunt: ergo naturalis illa
præcellencia, & imperium Angelorum omnium hie-
rarchie, & chori superioris respectu omnium chori,
& Hierarchie inferioris, ex differentia specifica. su-
periorum ab inferioribus prouenit. Minor est per se,
& ex terminis nota. Maior probatur. Primo ex com-
muni Patrum, & Theologorum, qui Hierarchiarum,
& Chorum superioritatem, & inferioritatem, pro
maiori vel minori naturali excellentia Angelorum,
qui ad quamque Hierarchiam, & ordinem spectant
dispositi, & ordinati à Deo aiunt. Probatur se-
cundo. Quia imperium, & præcellencia præfata to-
tius Hierarchie non est gratia pura, sine intuitu
naturalis exigentiæ, & excellentiæ maioris Ange-
lorum superioris Hierarchie, & chori respectu in-
feriorum. Patet, quia in Dæmonibus, siue in malis
Angelis damnatis est eiusmodi principatus, impe-
rium, & præcellencia Angelorum superiorum respec-
tu inferiorum, in quibus nullum donum pure gra-
tuitum, sed solum naturalia dona relicta, & conser-
uata à Deo sunt: quare in eo quisque, ex lapsu gra-
dus remansit, quem natura iure ante lapsum cum re-
liquis, qui steterunt habebat. Secundo probatur: quia
dona supernaturalia in instanti creationis cunctis
Angelis, data, & in bonis conseruata pro maiori, vel
minori natura specificæ perfectione, ac proinde pro-
portionate ad illam data eis à Deo fuerit, ut infe-
rius videbimus. Tertio probatur, ex officio Ange-
lorum superioris Hierarchie, respectu Angelorum
inferioris: nempe illos illuminandi, quod duplici-
ter fit. Primo supernaturalibus illustrationibus im-
mediate à Deo receptis, & inferioris Hierarchie An-
gelis per ipsos communicatis, & ad naturam illorum,
& intellectuum gradum Deo præ cæteris proximio-
rem aptioremque ad nobilior, & perfectior cognos-
cendum arguit, ut eos Angelos, qui melius, nobilio-
rique genere cognitionis ipsum de re quavis per se
ipsum, & quasi in aurem loquentem percipiant, ut
cognitionis præcellencia, rerumque profundior, at-
que ex specie sua clariori comprehensione, paulu-
lum tardiores, nec adeo nobilis mentis, & naturæ
Angelos de rebus ipsidem, sibi immediate à Deo com-
missi instruant.

5. De hac illustrationis gratia, intelligendum, ut
minimum, est, quod Theologi communiter docent:
dona gratiæ Angelis naturali ipsorum capacitate
proportionate collata à Deo fuisse: maiora, vel mino-
ra. Et quidem in iis quæ ad ornam, non autem ad
bene maleque operandum spectant, donis (ut reliqua
ab auxiliante gratia sunt) ita se Deum gessisse con-
gruum valde fuit: ne tot æquales in naturalibus, nec
Christoph. de Origine, de Deo Vno, Tomus II.

voluntatis propriæ abusu Angelos, æqualibus omnino
totidem, immo, & multo pluribus, Hierarchie supe-
rioris imperio, illustrationibus, & reliquis, ad ornam
spectantibus, pure gratiose, ac non ex naturæ ipso-
rum iure, & capacitate subiceret, quin nimium vitro
elevator hos, illos autem plus nimio non sine alicui-
us querelæ titulo, & occasione deprimeret. Secundo
modo ea illuminatio Hierarchie vnius, & Ange-
lorum inferiorum à superioribus, naturaliter fit: ex su-
periorum perfectione, & illustriori secundum speciem
cognitione, vel perfectione secundum speciem, circa
idem obiectum, vel circa obiecta plura specie vnica
superiorum naturæ debita: maxime, si in illis pluri-
bus obiectis speciei vnice sint aliqua quorum nec spes-
cies, nec cognitiones naturæ inferiorum Angelorum
debeantur: nec, nisi ex aliorum superiorum instructio-
ne, & quasi diuipulatu naturaliter ab inferioribus co-
gnoscit illa queant, quod verosimilius est vt. 2. con-
trou. philosoph. controu. vlt. d. 1. ostendebamus. Nec
potest naturalis exigentiæ, & capacitas maior impe-
rii præcellentiæ & officii naturalis tot Angelorum su-
perioris Hierarchie, & chori, & minor omnium An-
gelorum chori, & Hierarchie inferioris in eorum om-
nium indiuiduationes referri, vt n. 4. demonstravi-
mus, & si inter speciei vnius Angelos referri potest,
vt ex naturalibus ratione indiuiduationis perfectio-
ris cæteris speciei eiusdem, & inferiorum gradum (vt
iam explicabo) impetret præcellat, ac naturaliter ip-
sos illuminet: ita enim credo luciferum seu Belzebub.
Ex supremo ordine malorum Angelorum indiuidua-
tione perfectissimum eorum omnium Principem esse,
vt à Christo domino dicitur. Nec obstat Aristot. 1.
Politico. alterens inter homines (in quibus solius
indiuiduationis diuersitas est) quosdam natura ser-
uos, alios vero natura Dominos esse. Neque enim ibi
de naturali imperio, & subiectione (sed de politico
agit, vt bene S. Thom. 2. 2. q. 57. a. 1. ad 2. conueni-
entis cuiusque attentis) quæ est sola perfectione indiui-
duali, cuiusque maiore, vel minore, non pender, sed ex
aliis circumstantiis contingentibus, ex quibus, alteri
subiici, a teri imperare commodius sit, ac decentius,
ob vnius maiorem, vel minorem ciuilem dignitatem
& alia, ita enim seruos natura definit ibi. *Hi sunt na-
tura serui, quibus melius est vt imperetur:* vt repetit
c. 4. Hoc ergo sensu politici domini, & seruitutis, ex
naturalis rerum itatu natura seruos ac Dominos alios
homines indiuiduos alios esse dixit, non ex natura in-
diuiduali perfectiori, cui alter subiici natura iuri al-
teri debeat, hic vero imperare: sed pro libero arbi-
trio cuiusque, qui suæ villitati cedens, alteri poterit
nolle subisci, vel imperare, quin naturali alterius iu-
ri, & perfectiori indiuiduatione suborto (quod nul-
quam est) derogat quidquam. Attamen sibi, suoque
conferentes commodo indiuidua rationalia speciei
eiusdem, plerumque, & prudenter, subiciantur per-
fectiori indiuidualiter, & capaci, vt ipsi imperet,
ac prospiciat: vt lucifero, seu Belzebub. Cacodæmo-
nes omnes, ex quorum voluntate in eos habet, atque
exercet. Principatum memoratum. Matth. 12. & Mar-
ci 11. Recte ergo S. Thom. q. 50. citata argum. sed con-
tra docet, in singularibus eiusdem speciei non dari
prius, & posterius secundum naturam substantialem,
quamuis indiuiduatio, ad cuiusque substantiam spe-
ctet. Atque hoc ipso sensu fæminâ naturaliter parere
viro, & hunc illi imperare ibidem aiebat Aristoteles. Et
si indiuidualiter solum, non autem specie differant, quia
ita vile illi plerumque, est, & contractu voluntario ma-
trimonij viro, cuiusque gubernatione, & imperio se
subdit, vt fæminis cunctis, in Protomatri Euxæ sen-
tentia Genes. 2. iniunctum est si nupserint, illis verbis:
sub viro potestate eris, & ipse dominabitur tui.

6. Probatur quarto: quia in Dæmonibus alia aliis
potentiora sunt, ad plura munia, & operationes exer-
cendas: imparitas autem potentia, vnius respectu al-
terius, in incorruptilibus, & quæ organis corpo-
reis, & temperamenti dispositione ad suas functio-
nes obeundas non pendent, immo vero substantia,
omnino simplices, & indiuisibiles (vt Angeli)
sunt, non ex eorum indiuiduationibus, sed ex na-
turali

simi foraminis spatium plerumque habet, quod si post longissimum decursum aqua eadem, in angustius spatium, vel natura, vel arte incurrat, arctius quam prope originem tota coeget. Accedit proxime, sed longo (ve alter aiebat) proximo intervallo, & infinito, Angelum ad Deum, entitativè adhuc accedere, cum creatura sit, & inter quem proinde, & Deum creatura proximior, & proximior entitativa perfectione esse possint: quare, adhuc entitativè, nego, excludendo absolute, maiorem proximitatem ad Deum nego minorem. Item distinguendo terminum *Angelica natura* secundum omni sui partem, nego minorem, secundum aliquam sui partem reliquis præstantiorem, permitto minorem, & nego consequentiam. Et sane si argumentum teneret, Angelicam naturam in sola individua duo multiplicabilem contra scripturam probaret: siquidem ad eos naturæ collectio, summa, ac minima in plura diuisio est. Arguit secundo. Sedes Angelorum repantur per homines speciei atomæ eiusdem: ergo habenda erant, ab Angelis eiusdem speciei. Negatur consequentia. Non, quia bona supernaturalia omnia (etiam auxilia ad gloriam consequendam, & minus ad maioris gloriæ ordinationem) disposita, & collata à Deo Angelis iudicem pro eorum naturali dignitate specifica maiore (ut asserunt plures & Bualus, responder) hominibus autem ex meritis gloria datur, quibus speciei inferioris individua possunt individui speciei superioris, eorumque dignitati, naturali excedere, nedum æquari: id enim in ordinatione Dei, & providentia de mediis ad tantam gloriam erga homines locum, non habet, cum ex meritis hominis non sit: Nego igitur consequentiam: quia in utroque, ea ordinatio, & providentia de mediis, tam efficacibus quam sufficientibus ad tantam gloriam promerendam, mere gratuita, & supra debitum naturis ipsorum est: quare inde naturæ specificæ infimæ, identitatis, & æqualitatis, vel inæqualitatis, & diversitatis nequit inferri, inestas, ex æqualitate, & identitate specifica finis, & operationis vitæ specifica atomæ substantialium individuum inferatur, ut diximus num. 3. argui finis beatitudinis Angelorum omnium, & operationes intellectus, vel voluntatis (in quorum altera, vel utraque formaliter beatitudo consistit) eiusdem speciei atomæ in ipsis sunt, solumque penes magis, & minus inter eandem speciem differunt: ergo Angelis speciei, non differunt, sed specie atomæ conveniunt. Respondeo distinguendo maiorem. Finis est operatio proxima naturalis, vel quæ eam arguat, ac naturaliter inferat, fateor; remotus, & vicinus finis, & operatio, quæ proximam eandem specie atomæ natura iter, non arguat (ut supernaturalis Angelorum beatitas) nego cum Sancti Thomæ, i. p. q. 75. a. 7. ad 1. & 1.2. q. 1. a. 6. ad 10. dicente: ea quorum unus est finis proximus, & naturalis, sunt unum secundum speciem, Beatitudo autem æterna est finis ultimus, & supernaturalis. Reliquæ oppositiones, ne relatio, ne quidem, pro sui debilitate, ne dum solutione, dignæ sunt.

CERTAMEN III.

De Angelorum speciei atomæ cuiusvis numerica multiplicabilitate conclusiones affirmantes S. Thom. auctoritate fundantur.

1. Deo primo Angeli sub quavis speciei sua atomæ absolute multiplicabiles numero sunt. Est contra paucos Thomistas relatos cert. 1. n. 2. sub init. est tamen communis reliquorum Theologorum conclusio citatorum ibi n. 6. & expressa Sancti Thom. sententia: id, quod ostendendum in primis contra illos erit: ac deinceps eisdem ratione probanda conclusio: ut appareat eos testibus aliquibus S. Thom. sono tenuis aureis, nec satis eius doctrina & mente, tum ibi, tum alibi penetrata Angelicum Præceptum Christioph. de Origine, de Deo Vno, Tomus II.

rem difficillimis, & imperceptibilibus, valdeque à ratione abhorrentibus sententiis, onerasse. Igitur 1. p. q. 29. a. 1. scribens. *Substantiam individuari, per se ipsam: sed accidens individuari per subiectum; dicitur enim hac albedo in quantum est in hac substantia.* Quæ repetit quæstion. 9. de potentia, art. 1. ad 8. acqui Angeli substantiæ, & nusquam accidentiæ, sunt; ergo ex Sancti Thom. se ipsis, non autem per subiectum, seu materiam, adhuc extrinsecus, tanquam per terminum respectus essentialis individui cuiusque, neque enim accidentiæ, quæ, quoad individuationem per subiectum, substantiis opponit, per subiectum, cui insunt, & à quo proinde realiter individualiter differunt, individuari intrinsece possunt, sed, ut summum, extrinsecus tanquam per terminum extrinsecum, & q. 1. a. 1. ad 4. quod Angeli multiplicari nequeant, quia diuine bonitatis sunt radii. Qui non nisi secundum recipientium diversitatem (quæ in Angelis locum, non habent) multiplicatur: Respondeo, refundendo Angelorum diversitatem, & multitudinem, in diuinam sapientiam diversos ordines excogitantem, quæ non solum de diversitate, specifica, sed numerica etiam Angelorum intra eundem ordinem, & speciem intelligi debet: de qua solummodo obiectio erat, esseque poterat: cum distinctionis impossibilitas per recipientis, seu materiæ, & subiecti de factum, eius solum distinctionis, quæ materiam requiratur, cogitari, & obici poterat: individualis vero sola materiam, ut principium individuationis necessarium, apud aliquos requirit; specificam vero materiam requirere nemini hæcenus venit in mentem: quare hostem sibi finxisse dicendus S. Thomas esset, quem facile vinceret, si de individuatione, & distinctione, individuali etiam, rerum per materiam obiceretur, ac responderetur.

2. Tercio eadem 1. p. q. 47. a. 1. corp. ubi Democritum rerum distinctionem, per materiam, & Anaxagoram, per materiam, & causam agentem fieri asserentes impugnatur. Primo: quia materiæ sua est distinctio, quæ, nisi res per se ipsas distingui admittatur, ad alteriorem causam recurrere pro eius distinctione oportebit. Secundo: quia distinctio rerum est per formas proprias (ex Arist. 7. metaphysicor. text. 49. dicente. *Actus est, qui distinguit*) non ergo distinctio est in rebus propter materiam. Ergo ex S. Thom. ubi non est materia, sed solus, & totus actus substantialis, ut in Angelis distinctio omnis per id ipsum, quod in se sunt, esse poterit, imo necessario, ac nō aliter erit. Consequenter prima de se se patet: nec minus patet secunda. Antecedens, ultra Aristotelis, & (quod nunc fati esset) S. Thomæ auctoritatem in Thomistarum aliquot, qui aduersè hac in re ipsam interpretantur, sententia certum esse debet: siquidem materia per ipsos, non existit actu, nec potest existere, nisi per formam, atque per eiusdem formalem existentiam, cuius falsitatem, suo loco impugnauimus: ergo omnis, individua etiam, actualis distinctio rerum etiam corporearum debet esse per formam, quæ omnem tribuit materiæ actualitatem, sine qua actualis rerum distinctio repugnat: ergo, & repugnat omnis distinctio rerum etiam corporearum, possibili, nisi per formam possibilem. Potentia quippe etiam logica, ad actum impossibilem est repugnans, & chimærica. Et ratione probatur: quia variata materia magna sui parte idem individuum manet, quia, eadem forma perseverat, ut constat in substantiali augmento, & decremento hominum: in quibus cuius individuum plures materiæ partes pereunt, ac plures denuo adquiruntur. Insuper in resurrectione, in qua partes omnes materiæ hominis, qui petiit, nequeunt omnibus adesse: cum alimentis succedentium aliorum plerumque materia præcedentium constent, ac subinde in illorum substantiam transeat; & tamen, quia eadem singularis anima perseverat, idem nihilominus homo singularis resurgit ex fide; ergo animæ, seu formæ singularitatis intrinseca est ratio formalis individuationis, non materia, quæ variata, deperditæque, & quantumvis aucta (ut fere tota in infantibus hominibus, aliis, quæ valde senio, ac diuturnis febribus absumptis,